



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Fructus Lutherismi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

rit prædicatum, licet non cum glossis hæreticis & Lutheri-  
cis, sicut ipsi faciunt.

Conqueritur de episcopis, qui tantum hoc cogitant & <sup>ee. 2</sup>  
moliuntur, quomodo eos opprimant. Utinam ex animo <sup>Fol. 132</sup>  
hoc dudum cogitassent deo amabiles prælati non tam las-  
te serpsisset hoc malum. In Apologia excusavi hunc episco-  
porum conatum, si habeant, sicut habere deberent.

Ex mutua infectatiōe catholicorū & hæreticorū ait Bu-  
cer esse natum, vt religio indies euanescat, sensimq; plane  
extinguatur. Videmus oēs, quo prolabatur omnis in vul-  
go cura, quàmq; pauci vbiq; supersint, quos vllus teneat di-  
uini iudicij metus. Hic est fructus vestri euangelij: nā cul- <sup>Fructus</sup>  
pam catholicis non potestis tribuere prædicatoribus, qui ea <sup>Lutheris</sup>  
docent & prædicant, quæ Germania credidit ex eo, qd fidē <sup>ci euange</sup>  
Christi susceperūt: vnde & Germani apud oēs natiōes lau- <sup>lij.</sup>  
dati sunt in fide Christiana, qui modo vbiq; male audiunt <sup>Germani</sup>  
ob perfidiam Lutheranam. Et cum agnoscat vbiq; vulgū <sup>in fide lau</sup>  
non habere metum diuini iudicij, itaq; neq; apud Luthera- <sup>dati.</sup>  
nos, quid ergo tumide iactat in ecclesijs suis esse veram do-  
ctrinam, verum vsum sacramentorum, &c. quorū omnium  
contrarium euidenter ostendimus in tota Apologia: Inge-  
nue tñ fatetur illis adhuc deesse disciplinam, quia etiā apud  
eos plures esse vocatos, quā electos. Verius aut dico tibi Bu- <sup>Luthera</sup>  
cere, nullā apud vos esse disciplinam, nullos quoq; electos, <sup>ni sine dīa</sup>  
nisi abiurata hæresi ad ecclesiam dei respiscendo redeant. <sup>disciplina.</sup>  
Nam si nihil coinquinatū intrabit in regnū celorū, vt Ioan. <sup>Apoc. 23</sup>  
inquit, quomodo qd hæreticum posset ingredi? Et qui nō  
sunt hic de ecclesia, quō sperant se aliqñ futuros in celo?

Fatetur tamen aliquid disciplinæ superesse catholicis, cō <sup>Confessio</sup>  
fessionem puta sacerdotibus factam. Quod dū negare ne- <sup>nē catholī</sup>  
quit, calūniatur tñ illud cardiognosces, cordiū inspector <sup>corum dī</sup>  
& renum scrutator, quia nō faciāt studio petēdæ veniæ. At <sup>nat.</sup>  
dico tibi Bucere: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum, & <sup>Roma. 24</sup>

ex ma

ex malitia cordis tui rem optimam pessime interpretaris, si  
 cut & in sequentibus mendacissime detrahis catholicis, quod  
 in omni vita nihil monstrent solidę fiducię in Christum,  
 nihil officiosę charitatis in proximos, nihilque vere morum  
 sanctimonię: frontem perfricuit, ad nullum mendacium  
 rubet. Hic tamen ei obiicio vnum hospitale S. spiritus Ro-  
 mę, aut hospitale Seneñ, aut sancti Marci Florentię, aut ea  
 quę sunt sub illustri Venetorum dominio, an nõ in his of-  
 ficiosius monstretur charitas in proximos etiam alienos, quę  
 fiat in omnibus dominijs & ciuitatibus Luthericis? Vis tes-  
 tem viciniorem? Ante hanc pestem Lutheri maior daba-  
 tur eleemosyna in Chartusia vnica Argętorateñ, quę modo  
 fiat per amplam & ditissimam ciuitatem Argentinam. Ci-  
 uitates habent Lutherani pro pauperibus. Ita aiunt: sed cui  
 dant & validis mendicantibus, eorum prædicatoribus & scor-  
 tis, proditoribus, familiaribus, turpibus aliquando internu-  
 cijs, aut quorum opera aliquando abusi sunt. Minimũ est,  
 quod veris pauperibus & egentibus præstatur: Imo in tantum  
 venerunt profundum malorum, vt si qui sint catholice  
 & auitę religionis amantes, etiam si sint Lazaro egentio-  
 res, eleemosynam illis negent. O deus respice ex alto. Bus-  
 cer aduertens quod nimius fuit, quia detraxit catholicis  
 pœnitentiam, charitatem, & morum sanctimoniam, emol-  
 lit suam calumniam, & fatetur inter catholicos etiam inue-  
 niri, qui deum sincere inuocent, nec aliud quærant in om-  
 ni ecclesię disciplina, quàm remissionem peccatorum &  
 spiritum pie viuendi, & hæc à sola dei misericordia, & Chri-  
 sti merito. At non potens nobis solidam laudem permitte-  
 re, subdit: Sed quàm exiguus est horum vbique numerus:  
 Cui respondeo, eum numerum esse tamen maiorem, quàm  
 apud vos: Imo nullus est apud vos, quàm diu cum coruo  
 Luthero estis extra arcam: vt vere dicat Luthericis Chris-  
 tus: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Vnde  
 de vana

Hospitalia

Chartusia

Cista Lu-  
therana.

Fol. 79

Fatetur  
bonos esse  
in nostris  
etiam.

Luca 23